



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaë, 1661**

Vigesima causa. Bisdena pueri traduntur religioni. Quatuor quæstiones  
XX. causæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

¶ Sed si persona liberos habens, antequam de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret, liceat ei postea inter eos dividere, legitima non diminuta: & quod eis non dedit, monasterio competet. ¶ Sed si omnem substantiam inter filios dividere voluerit, sua persona filiis connumerata, partem sibi retineat, quae monasterio competere debet. ¶ Sed si post ingressum moriatur, antequam inter eos dividat, filii legitimam percipiant, reliqua substantia monasterio competente. *In authentica b de monast. confirmatio, §. in collatio.* ¶ Nunc e autem cum monachus factus est, hoc ipso res suas obtulisse videtur, si prius testatus non sit: & exinde iudicio eius cessante, lege disponitur, ut si liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donadi titulo conulerit, ea tenus substantia monasterio destinata detrahat, ne quid contingat circa liberos iniquum.

C. X. *Item ex novella 123. d*  
**N**on liceat parentibus liberos, vel liberis parentes ab hereditate repellere monachos factos: quamvis dum laici fuerant, in causam ingratitude in ceciderint. Item non liceat parentibus liberos suos ad solitariam vitam transcentes abstrahere monasteriis.  
 ¶ Hoc caput expressè habetur apud Iulianum antecessorem, in novella 123. cap. 29. In quo aliqui Gratianum reprehenderunt, qui hanc Iuliani epistolen videre minime poterant.

CAUSA XX.

**D**uo puerita annos agentes à parentibus monasterio traditi, sunt: unus in votum, alter spontaneus cucullam induit. Ad annos pubertatis venientes, servitus ad saecularem militiam redit, spontaneus monasterium distribuitur peti.  
 1. ¶ *Quae primò queritur, si in puertita annis traditi, coguntur religioni propositum tenere.*  
 2. ¶ *Secundò, si prater voluntatem parentum consensum, vel religionem vestem quis in puertita accipias, an possit sibi detrahi, an non.*  
 3. ¶ *Tertiò, qui prater propriam voluntatem cucullam induerit, an cogatur eam retinere, an non.*  
 4. ¶ *Quartò, si ab uno monasterio in aliud distribuitur liceat alicui transire.*

QUESTIO I.

**Q**uod intra annos puertita traditi, cum adulti fuerint, liberos habeant arbitrium manendi vel discedendi, probatur auctoritate nonx i synodi.  
 ¶ *Nonx* in nannullo vetustis exemplaribus est, octava. Verum in octava ab Hadriano II. habita non habetur, sed in libro B. Basilii de institutu monachorum, Russino interprete, cap. 3. Similia etiam sunt apud eundem B. Basilium in regulis suis disposita, cap. 15.

C. I. ¶ *Virginitatis professio quo tempore firma esse incipit.*  
**F**irma autem tunc erit professio virginitatis, ex quo adulta iam etas esse coeperit, & ea quae solet apta nuptiis deputari, ac perfecta i.  
 1. ¶ *Ac perfecta* hoc non sicut in eo Basilii loco.  
 Si virginitatis professio tunc incipit esse firma, cum etas capere esse adulta, & religioni professio tunc demum debet esse firma, cum ad adultam etatem pervenimus fuerit. Sed hic de illa professione agitur, qua in annis puertita proprio arbitrio Deo offertur, quam non confirmat parentum consensus. Ceteri, quae à parentibus Deo offertur professio, in auctoritate servari oportet.  
 a. al. legitima portione nulli. b. Novella 26. c. Cod. de E. p. 7. c. 30. d. Extra de regul. c. 1. f. Basilii. l. 1. c. 1. cap. 11. g. fortè. v. v. v.

C. II. ¶ *Non licet de monasterio egredi quater vel mater intra annos infantia fuerit ordinari.*

*Vnde Gregorius scribit ad Augustinum Augustinum Episcopum.*  
**A**ddidisti a adhuc, quod si pater vel mater filiamve intra septem monasterii in infantia annis regulari tradiderint disciplina, utrum liceat eam quam paupertatis b annos impleverit, egressi, testimonio copulari. Hoc omnino devotissimè & nefas est, urobatis à Parentibus Deo filius voluntaria laxentur.

¶ *Sic etiam citat Ivo. Exat in epistola quarta Gregorius ad Bonifacium legatum Germaniae: & finale habetur in Vuormacioni, cap. 22.*

C. III. ¶ *Aut propria professio, aut paterna devotio monachum facit.*

*Item ex concilio Toletano 4. c. 41.*  
**M**onachum d aut paterna devotio, aut propria professio facit. Quicquid horum fuerit, allegare non tenebit. Proinde his ad mundum revertentibus, non minus aditum, & omnes ad saeculum interdicimus egredi.  
 ¶ *Alligatum* In duobus Vaticanis conciliis conciliis & Lucensi regio legitur, allegatum.

C. IV. ¶ *In monasterio perpetuo maneat, qui à parentibus traditus sit.*

*Item Iudorus.*  
**Q**uicunque à parentibus propriis in monasterio traditus delegatus, novit se ibi perpetuo permanere. Nam Anna Samuelem puerum natum & educatum Deo cum pietate obtulit: qui & in ministerio pli, quo à matre fuerat deputatus, permansit, & constitutus est, defervivit.  
 ¶ *Hoc non est inventum in libro B. Iudori: sed in libro d. in expositione regule B. Benedicti, cap. 29. hoc idem ipse Ivo refert.*

C. V. ¶ *De eodem.*  
*Item ex regulo Gregorii, lib. 1. epist. 4. ad Antvermiam.*

**Q**uia e autem dura est in infans congregatio monachorum, etiam pueros in eisdem monasteriis annorum xviii. annorum tempora suscipi prohibemus: vel si nunc sunt, tua eos providentia auferat, & in aliam manam transmittat. Hoc & in Palmaria, aliaque te per omnia volumus custodire.

C. VI. ¶ *Qui à parentibus monasterio traditus est, de eo egredi non licet.*

*Item ex concilio Triburienf.*  
**Q**uem f primogenitores ad monasterium tradunt, & in ecclesia cepti canere, & legere, & aliam rem docere, nec monasterium deserere poterit: si discesserit, reducat: si consensum dimiserit, restituatur: uxorem si usurpaverit, dimittat & compellatur ad dimendam.

C. VII. ¶ *PALEA*  
*[Item ex penitentiali Theodoti.]*

**I**nfans pro infante potest dari in monasterio, quod alter vocatus est sit. Tamen melius est vocatum Similitur & pecora aequali pretio (si necesse est) dimendam.  
 2. ¶ *Ex his auctoritatibus colligitur, quod pater professio pueri tenet obligato: nec licet ei à propria professione quod paterna devotio in puertibus annis suscipiatur. Quod dicitur illud Leonis Papae, epistol. 90. ad Rusticum Episcopum cap. 11. & 14.*

a Ivo part. 7. c. 10. b al. ad pubertatem. c al. vultu d Polyb. lib. 4. tit. 5. 4. Anfibul. l. 7. c. 18. & l. 1. c. 6. Pauli. l. 1. c. 7. c. 30. e Extra de regul. c. 1. f Basilii. l. 1. c. 1. cap. 11. g fortè. v. v. v.

C. VIII. ¶ Non licet puella nuptias eligere, quæ spontanea voluntate virginis eligere potest.

Puella, quæ non coacta parentum imperio, sed spontaneo iudicio virginis potestatem atque habitum suscipit, si postea nuptias eligat, pravaricatur, et si confectio non accessit, cuius utique non fraudarentur munerem, si in proposito permaneret. Ambigi vero non potest cimen magnum admitti, ubi & propositum deficiat, & confectio violatur. Nam si humana pacta non possunt impunè calcari, quid eos & manebit, qui corruperit foedera divini sacramenti?

[Cum ergo in principio huius capituli dicitur. Puella, quæ non coacta imperii parentum.] Datur intelligi, quod si coacta habitum virginis suscipiat, sine pravaricatione ipsam desistere possit. Sed puella sic nobilitas intelligitur, cuius (ut in sequentibus demonstrabitur) post decem annos auctoritas liberam arbitrium: nec in datione propositi cogitur sequi parentum imperium.

C. IX. ¶ Extra voluntatem propriam retrahitur in monasterium non tenetur.

Sic & illud intelligendum est, quod est statutum in synodo habita ab Eugenio Papa II. c. 22.

Item, qui monasteria elegerunt, à monasteriis egredi non permittuntur, ita hi, qui invitati sine iusta offensio- nis causa sunt introissi, nisi volentes, non teneantur: quia quod non petunt, non observant. Ideoque tales considerandi sunt magis & peccata committere, quam plangere, sicut in decreto fatalissimi Leonis Papa manifestissime continetur.

C. X. PALEA.

[Vnde Marcellus Papa.]

Illud autem statuendum esse censemus, ut si in minori aetate filii monasterio oblatis fuerint, & d. sacram. rousantem, vel velamina susceperint, dignum quidem duximus, ut xv. anno à prælatis moniti & inquirantur, utrum in ipso habitu permanere cupiant, an non. Si vero permanere professi fuerint, ulterius poenitendi locum minime amplecti possunt. Sin autem ad sacralarem habitum reverti voluerint, redeundi licentia nullo modo denegatur: quia factis inutile est, ut coacta servitia Domino præstentur.

[Quædam nomine palea etiam ab auctore glossa: sed extat fere in omnibus versis, & sine palea nomine.]

¶ palea. Velamen aetatem non licet imponere virginibus, nisi veris dicitur.

C. XI. ¶ Non nisi certis diebus velamen imponatur virginibus.

Vnde Gelasius Papa ad Episcopos per Lucaniam, c. 14. & 15.

De votis f. Deo virginibus, nisi aut Epiphaniarum die, aut in albis Paschalis, aut in Apostolorum Natalibus factum velamen minime imponatur: nisi fortia (sicut de baptisinate dictum est) gravi languore correptis, ne sine hoc munere de faculo exant, implorantibus non negetur. ¶ Viduas autem velare Pontificum nullus atteret.

¶ 4 pars. Tempus quoque consecrationis eorum similiter observetur.

C. XII. ¶ Ante sexagesimum aetatis suæ annum virginem non consecratur.

Vnde Gregorius in regulo, lib. 3. epist. 11.

Vvenculus & Erii Abbatissas vehementissime prohibemus. Nullam igitur fraternitas tua nisi sexagesima

a Burch. lib. 1. c. 1. 100 p. 7. c. 20. Poly. l. 4. tit. 31. b al. de au. c. alit. exarant. d alit. vel. e alit. moniti. verbi. f Poly. l. 4. tit. 31. Burch. lib. 3. epist. 11. 100 p. 7. cap. 20. Pann. l. 3. c. 14. g al. imponat. orig. h Poly. lib. 1. tit. 17. c. 27. Pann. l. 3. c. 146.

riam virginem, cuius vira & hoc atque mores exegerint, velari permittat.

C. XIII.

Item ex concilio Carthagenensi III.

Sanctimonialis ante annum quadragesimum non velentur.

¶ Sic citatur etiam in omnibus vetustis: sed in nullo Carthagenensi est inventum. Idem verò nonnullis addit habetur in concilio Agathensi, cap. 19.

C. XIV. ¶ Ante viginti quintum annum virginem non consecratur.

Item ex concilio Carthagenensi III. c. 4.

Placuit & ut ante xxv. annos ætatis nec Diaconi ordinentur, nec virginem consecratur; & ut lectores populorum non salventur.

¶ Antè citatur ex concil. Africano IV. sed sup. dist. 7. placuit citatur ex Carthagenensi III. ubi habetur.

C. XV.

Item Pius Papa.

Virgines non velentur ante xxv. annos; nisi forte necessitate periclitantis pudicitie virginalls: & non sunt consecrandæ nisi in Epiphania, & in sabbato Paschæ, & in Apostolorum Natalibus; nisi causa mortis urgente.

¶ Caput hoc inter decreta Pii non est inventum, & abest à tribus vetustis Gratiani exemplaribus. De casu vero, ob quos ante xxv. annos possint virginem velari, agitur in concilio Mileritano, c. 26. & Africano, c. 23: ex quo Africano refertur Caput. l. 1. c. 66.

¶ Sabbato] In uno vetusto legitur, in albis, & apud veteres collectores, in albis Paschalis.

¶ 5 pars. Quamvis autem vidua velari prohibeantur, viduitate tamen professo in scriptis ab eis est faciendæ. Vestis quoque professioni conveniens est eis tradenda, quæ usque utatur.

C. XVI. ¶ Professionem viduitatis faciant, & habitum sumant religionis, quæ habitum servare proponunt.

Vnde in concil. Toletano X. cap. 4.

Vidua, quæ sanctæ religionis obtinere propositum voluerit, sacerdoti vel ministro, ad quem aut ipsa venerit, aut quem ad se venire contigerit, scriptis professionem faciat à se aut signo, aut subscriptione notatam, continentem se & religionis propositum velle, & hoc perenniter inviolatè servare. Tunc accepta à sacerdote, vel ministro apta religionis professioni & veste, seu in lectulo quiescens, sive in quocunque loco consistens constanter eà utatur, nec diversi coloris, aut diversæ parvis eadem sit notabilis vestis, sed religiosa, & non suspecta.

QUÆSTIO II.

De his vero, qui præter voluntatem parentum tonsuram, vel religionem vestem susceperint, sic definitur in X. concilio Toletano, cap. 6.

C. I. ¶ Tonsura, vel vestis religiosa in minori aetate suscepta, à parentibus irrita sit potest.

¶ In f. qualibet minori ætate, vel religioni debitam vestem, vel religionis tonsuram in utroque sexu filii, aut unus aut ambo parentes dederint i. fortè, aut nolentibus, aut nescientibus sese susceptam, non mox viam in filii abdicaverint, sed vel coram se, vel coram ec-

a al. aet. b Poly. l. 2. tit. 27. Burch. lib. 2. c. 21. 100 p. 6. c. 21. Pann. l. 3. c. 30. Capit. l. 1. c. 46. c Poly. l. 4. tit. 31. Burch. l. 1. c. 18. 100 p. 3. cap. 29. Pann. l. 3. cap. 190. d al. offerenda. e al. usque. f Gregorius III. epist. 3. Poly. l. 4. tit. 31. Burch. l. 3. c. 21. 100 p. 7. c. 27. Pann. l. 3. c. 146.



ceditare à fratribus ſuis privatam eſſe, atque conera omnem (ut dictum eſt) voluntatem ſuam, quaſi regularem illum monachum permanere volunt. Super qua re diligenti cura investigandæ, etiam ſub adjuratione patrum ipſius, ſi verum diceret, interrogavimus: ſed idem pater Artho reſpondit ſe talem habuiſſe & habere voluntatem, ut ſi ſuiſ ſuis verum monachus fieret, & in locum ejuſ ſuccederet. Sub teſtificatione autem jurejurando inſeruit, quod quando primitus ei accullam indicavit Lambertus ſemper reſtitit, & nunquam ſe facti monachum conſeſſit; ſed demum ad inſequentibus monacho habitum violentè eſt indutus, aſſerens, quod nunquam regulam aliquam promiſit, neque ego, pater eius, pallio à altaris indutum illum obruli, neque à quocunq; ſecundum vel Abbate, (ut moſ poſcit) benedictione precepta regulæ unquam ſe monachorum ſubſequentiarum promiſit. Super his omnibus etiam proceditur eſt præſatus clericus Artho, quia ſi eo tempore, iudicatur obſervantiam monachicam intellexiſſet regulam, nunquam eundem ſilium Lambertum cogiſſet portare accullam. Quapropter conſultè pſalmographi e verò recolentes, quibus voluntariè ſe Deo ſacriſicare promittit, & voluntaria oris ſui benedictio fieri in conſpectu Dei abſcra, præſentem, ut dictum eſt, clericum nomine Lambertum minime debere exiſtimari ſub tali violentia fieri monachum. Quod enim quis non eligit nec optat, profecto non diligit: quod autem non diligit facile contemnit. Nullum quippe bonum, niſi voluntarium. Ideo Dominus à non referendam in via virgam, per quam violentia ulli inferatur, præcipit. Quapropter conſultus agetur, ſi piis ſuaſionibus contemptum mundi, & amorem Dei prædicando, quam violentiam inferendo, ad celeſtem amorem illum accenderit. Unde omnium veſtrum charitati hanc noſtri Apoſtoliſ mandare decrevimus epiſtolam, monentes atque præcipientes, quatenus (ſi ita verum eſt, ut ſibi dicunt) nullus epiſcopus vel Abbas, ſeu monachorum reliquorum conventus, monaſticis illorum regulis inſeruiſſe compellat: neque ullo modo fratres ejuſ per hanc occaſionem licentiam habeant paterna ſeu materna illam hereditate privare: ſed ulque dum divina inſpiratione compunctus propria voluntate regulæ ſe ſubdat, licet eum à mundanis & laicalibus remorum vagationibus vel negotiis, inter religioſos & eccleſiaſticos viros in canonicis deſerere vitæ. Non enim putamus (quod abſe) canonicos religioſos à ſanctorum monachorum vitæ & conſortio ſequeſtratos: quia unuſquiſque ſecundum Apoſtolum ſe propriam mercedem accipiet ſecundum laborem ſuum.

¶ pars. Si vero epiſcopi vel Abbatis electi promiſſionibus aliquando inſeruiſſent, vel viſum voſtem ſuſceperint, ipſi quidem in eo, quod reſpondent, permanant; res verò eorum hereditas ſuis reſtituatur.

¶ C. V. ¶ Reſtituatur hereditas reſerorum, qui ab epiſcopo vel Abbate obſecra coman depoſuerunt.

¶ In ſide in Mōgumino concilio ſ legitur. Conſtituit q; ſane facer ille conventus, ut epiſcopi ſive Abbates, qui non in fructum animarum, ſed in avaritiam & turpe lacram inſiſtentes, quoslibet homines circumveniendo ſeſcenderunt, & reſerorum tali perſuſione ſuſcipiunt, poſtea canonicè (ſuperte turpis lucti ſedatores) ſubſcraent. Il verò, qui illecti coman depoſuerunt, in eo, quod corpèrant, per levitate cogantur, reſ verò eorum hereditas reddantur.

¶ De inſerutione dictum eſt ſup. 4. q. 7. c. penulti.

a. ſi. voluit. b. ut. palli. aliquot manuſcripte. c. Ius. c. Pſal. 137. vs. 12. d. Mart. 10. e. 1. Cor. 13. 2. f. In Cabil. 2. cap. 7. g. Supra 1. quæſt. 7. conſtituit. Burchard. lib. 4. cap. 93. h. p. 7. cap. 111.

Q. V. ESTIO IV.

¶ Quid verò ab uno monaſterio in aliud diſtrictus tranſſire monachum liberum ſit, ex concilio a Tribunitenti habetur: in quo ſic ſtatutum eſt.

C. I. ¶ Non ſunt prohibenda virgine ſacra, que cauſa religioſi aliud monaſterium adire diſiderant.

¶ Virgines & ſacra, ſi pro luero animæ ſuz propter diſtrictionem vitam ad aliud monaſterium peregre diſpoſuerint, ibidemque commanere decreverint, ſynodus concedit. Si vero fuga diſciplinæ alium locum quaſierint, redire cogantur.

¶ Quod autem de virginibus ſacris hoc capitulum ſtatuitur, de monachis etiam conſequenter intelligitur, & de quolibet etiam clerico. 2. pars. Sed obſervetur illud Baſili.

C. II. ¶ Vota monachis ſine conſenſu Abbatis ſua irrita ſunt.

¶ Monacho non licet votum vovere ſine conſenſu Abbatis ſui; ſi autem voverit, frangendum erit. ¶ Senſus huius capituli aliquo modo elicit poſſit ex ſermone 2. diſtincti. de inſtitutione monachorum. c. cap. 28. monaſticarum conſtitutionum B. Baſili.

C. III. ¶ Monachus nullus ſuſcipiat aut ordinetur abſque Abbatis ſui preſentia.

¶ Item illud Agatheniſ concilii, cap. 27. Monachum à niſi Abbatis ſui aut permiſſa, aut vocatione ad alterum monaſterium commigantem, nullus Abbas ſuſcipere aut retinere præſumat: ſed ubi cunq; fuerit, Abbati ſuo auctoritate canonum revocetur. ¶ Item clericis licet & commendatiſ licetis epiſcopi ſui licentia non pateat evagandi. In monaſterio quoque præſentis ſententiæ forma ſervetur, quos ſi verborum increpatio non emendaverit, etiam verberibus ſtatim ſuſcoereri. Servandum quoque de monachis, ne eis ad ſolitariaſ cellulas liceat à congregatione diſcedere; niſi forte probatis poſt emeritos labores, aut propter inſirmitatis neceſſitatem aſperior, Abbatis licentia, regula remittatur. Quod ita demum fiat, ut intra eadem monaſterii ſeptia manentes, tamen ſub Abbatis poteſtate, ſeparatas habere cellulas permittantur. Abbati quoque, & ſingulis diverſas cellulas, aut plura monaſteria habere non liceat; niſi tantum propter incuriam hoſtilitatis intra muros receptacula collocare.

1. ¶ Licentia ¶ Hæc vox ab eſt à veteriſſimis comitorum editombus, & duobus codicibus Vaticanis, duobusq; item Gratianis exemplariſ. In recentioribus autem Codicibus legitur, aſperior ab Abbatis regula permittatur. Sed apud ſullanæ anteceſſorem novella 123. m. 23. ubi ſimile habetur, licentia Abbatis requiritur.

2. ¶ Abbati quoque ¶ Sic in aliquot conciliorum editombus. In aliis autem præcipue in Caloniſ quatuor tomorum legitur: Abbatis quoque ſingulis diverſas cellulas.

¶ Verum in eo intelligendum eſt de monachis religioſis virantibus, quibus vota ſpeciali aſſermentia, vel aliquid diſtinctionis, que generalem conſiderationem ſuorum fratrum excedat, ſiſe Abbati conſenſu vovere non licet, ne ſuper eos fratres ſcandalizentur. Cauſa etiam illorum ſtatuta eſt hinc, qui regulæ ſerendiſſimam ſubreſequentes perſequeſtrationis vota ſibi aſſerunt, quod nec monacho, nec alio clerico liceat, ne hæc occaſione ad ſaculare converſationem redeat.

a. ſimile in concil. Tribuniſi, quod extat, cap. 27. b. Burch. lib. 3. cap. 34. Ivo part. 7. cap. 22. c. Polye. lib. 4. tit. 34. Burch. lib. 3. cap. 9. Ivo p. 7. c. 32. d. Ivo part. 3. cap. 37. Ex eodem concil. cap. 31. e. Venet. c. 3. Pann. 1. 3. cap. 67. e. Concord. Inſanus auctor. rec. ſi. novella 123. c. 33.